Quelle: https://manuscripta.at/?ID=38125
Copyright: Salzburg, Erzabtei St. Peter, Benediktinerstift, Bibliothek



luceat coram dō. Cum enim transacta nocte saeculi
huius mane futurum scti claruerit. de quo dicit pphta.
mane adstabo tibi et uidebo. Non iam ultra lucerna
librorum indigemus. apparente et inlustrante nos
uera luce mundi. de quo dicit et pphta. Uobis autem
timentibus nomen meum orietur sol iustitiae;

Perpetuus erit cultus per successiones eorum a filiis israhel.
Et haec clausula sicut et praecedentia quaedam et aber-
naculo ac uasis atque utensilibus eius dicta sunt. spiritali
magis sensu quam carnali intellegenda atque expo
nenda est. Quomodo enim iuxta litteram perpe
tuus esse poterit cultus officii sacerdotalis. ubi et ip
sum sacerdotium et tabernaculum in quo gerebatur.
et populus cui gerebantur iamdudum esse cessauerunt.

Unde constat hoc in scā et cta uerbum esse conplendum.
ubi succedentibus sibi per ordinem doctoribus simul et
auditoribus ueritatis Numquam deerunt spiritales
et filii israel. qui in domum dni donapietatis offerant.
et filii aaron idest ueri sacerdotis nri qui illis lucem
uerbi ministrent. Donec conpleto scti huius statu
et ipso quoque tabernaculo dī toto. Idest uniuersa electo-
rum multitudine ad regnum caeleste translata. Non
erunt ultra qui ab hominibus erudiantur homines. cum sit
ds omnia in omnibus ¶ II.